اعتقاد الامانه الارتدكسيه للبيعه روميه مختصره

وكسيرة التي تعلم وتقدم لكل النصارا الذين

[illegible]

ولمن اشيا ليتوافق معها وهو مستعد

ليقدم الطاعه لابا رومي الذي هو

رييس جميع البطاركه والاساقفه

FIDEI ORTHODOXAE BREVIS ET

explicata confeſſio, quam Sacroſancta Romana Eccleſia docet

[illegible] & iis maximè proponenda, [illegible]

talium errore, ad Catholicæ veritatis cõmunionem

accedere, & Romano Pontifici præſtare

obedientiam ſtatuunt.

مختوم في مدينة رومية العظمى بامر سيدنا

بابا بيو خامس سنه لميلاد ربنا يسوع المسيح

الف وخمسمايه ستة وستين

Romæ, iuſſu ſanctiſſi. D. N. PII V. In Collegio

Societatis IESV. Anno M. D. LXVI.

Bib.ª

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM.

بسم الاب والابن والروح القدس امين *

انا امن بكل قلبي واعتقد بفمي ان واحد هو الله بالصدق قادر على كل شي * الذي لا يتغير ولا يدرك ازلي وابدي الاب والابن والروح القدس واحد في الذات وثلاث في الاقانيم * الاب غير مولود والابن مولود من الاب فقط ۰ والروح القدس من كليهما اي من الاب ومن الابن ينبثق * فليس ينبثق منهم كمن بدوين ولا علتين او نفسين * بل من بدي واحد عله واحده ونفخه واحده فقط الاب ليس الابن ولا روح القدس * والابن ليس الاب او الروح القدس * والروح القدس ليس الاب ولا ابن لكن الاب اب فقط والابن ابن فقط والروح القدس روح القدس فقط * لا واحد يسبق الاخر في الازليه ولا اعظم او اكبر من الاخر في الربوبيه ولا واحد يغلب والاخر مغلوب بل الثلاثه واحد بلا ابتدي ولا انتها ۰ الاب والد والابن مولود والروح القدس



*In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, amen.*

*EGo credo ex corde, & confiteor ore, quòd unus eſt Deus, verus, omnipotens, incommutabilis, incomprehenſibilis, ineffabilis, & æternus, Pater, et Filius, et Spiritus ſanctus, vnus in eſſentia, & trinus in perſonis. Pater ingenitus; Filius à ſolo patre genitus; Spiritus ſanctus à patre filioq; procedens, non ſicut à duobus principijs, ſed ab utroq; tanq̃; ab uno principio. Pater non eſt filius, aut Spiritus ſanctus: Filius non eſt Pater, aut Spiritus ſanctus: Spiritus ſanctus non eſt Pater, aut Filius: ſed Pater, tantùm Pater eſt: Filius, tantùm Filius eſt: & Spiritus ſanctus, tantùm Spiritus ſanctus eſt. Nullus alium aut præcedit æternitate, aut excedit magnitudine, aut ſuperat poteſtate, abſq; initio ſemper eſt, & ſine fine. Pater eſt generans, Filius*

*naſcens*

اعتقاد الامانه الاولدكيه

القدس منبثق مساوين بالقدره وبالدوام وهولاي
الثلاثه اقانيم هم اله واحد ليس ثلاثه الا جوهر واحد
ذات واحد وربوبيه واحده ٥ وايضا مبدي واحد
وخالق واحد كل ما يرا وما لا يرا من الجسمانيين
والروحانيين الذي لما اشا واختار خلق كل المخلوقات
باحسانه وجودته وانشا ات جميعهم يجعلون طيبين
واحسان ✲ فلذلك انا ادرك واحرم جميع الهبرنزباش
والمراطقه الذين يقبلون او يعلمون خلاف ذلك او
بشي بضا ذذو ابسو تعليمهم علي ذلك ✲

وايضا انا امن واعتقد بالصدق ان ابن الله
الوحيد الذي هو جوهر بعينه دايم مع
الاب ومع الروح القدس في تكميل الزمان كتدبيره الالاهي
الغير مدروك ايخلصنا من خطية ابونا ادم وليطهرنا
من جميع الوساخ والذنوب الاخره ولينجينا عن الموت
ومن الجحيم تجسد من روح القدس في احشي الطاهره
مريم العذري النقيه وبلا عيب دايما بتوليه واخذ منها
الطبع الحقيقي كامل انساني اي جسد وروح ناطق
برهاني



*naſcens, Spiritus ſanctus procedens, conſubſtantiales, coæquales, coomnipotentes, & coæterni. Hæ tres perſonæ ſunt unus Deus non tres Dij, vna ſubſtantia, vna eſſentia, una immenſitas, unum principium, vnus creator viſibilium omnium, & inuiſibilium, corporalium, & ſpiritualium, qui quando voluit, vniuerſas condidit creaturas ſua bonitate, quas & valde bonas voluit: & ideo reprobo, & anathematizo omnes hæreſes, & hæreticos ſentientes, & docentes contraria.*

*FIrmiter etiam credo, & profiteor, quòd vnigenitus Dei filius patri cōſubſtantialis, ſemper cum Patre & Spiritu ſancto exiſtens, in plenitudine temporis, quam diuinæ miſericordiæ conſilium inſcrutabile diſpoſuit, vt nos à peccato Adæ ac cæterarum culparum noſtrarum ſordibus mundaret, & à morte, et inferno liberaret, incarnatus eſt de Spiritu ſancto in immaculato vtero MARIAE ſemper virginis, uerā et integram hominis naturam aſſumpſit, corpus uidelicet et animā rationalē*

in vnitate

برهاني بتوحيد الاقنوم الالاهي * وبهذا التوحيد
هم متحدين حتى المسيح الواحد هو بعينه اله وانسان
ابن اله وابن انسان فقد الطبيعه الواحده لم تستحل
او تتبدل مع الطبيعه الاخره ولا تتغير معها ولا
تختلف مع الاخره ولا واحده تمتزج مع الاخره ولم
تفترقون من بعضهم بعض ولا واحده تبطل الاخره
او تفسدها * لاكن ثابتين وموجودين في اقنوم
واحد فقط طبيعتين كاملين اي الطبع الالاهي والطبع
البشري التين حافظين صفاتهم وخاصيتهم اعني
مشيتين وفعلين وهكذي المسيح هو واحد البته ٥
ومثلما صورة الاله لم تنقص صورة الانسان * كذلك
صورة الانسان لا تنقص او تحقر صورة الاله لان الذي
هو اله حق هو ايضا انسان حق ✣ فهو الله قد
مكتوب في البد كان الكلمه والكلمه كان عند الله والله هو
الكلمه وهو ايضا انسان قد مكتوب ان الكلمه صار
جسد وحل فينا ✣ اله قد من خمسه خبزات
شبع خمس الاف رجال ووعد ما الذي ينبع للحياه
الدايمه



*in vnitate perſonæ diuinæ, tanta vnitate, vt vnus, & idem Chriſtus ſit Deus, & homo: Dei filius, & hominis filius: ita quòd vna natura non confunditur ab altera, nec vna tranſit in alteram, nec una miſcetur alteri, nec altera euaneſcit: ſed in perſona omninò una ſunt duæ naturæ perfectæ, ſcilicet diuina, et humana, ſaluis earundem naturarum proprietatibus, duæ voluntates, duæ operationes, ita, ut Chriſtus ſit tantum vnus. Et ſicut formam ſerui Dei forma non adimit, ita formam Dei ſerui forma non minuit. Qui enim verus Deus eſt, idem verus eſt homo. Deus per id, quòd in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: Homo per id, quód & verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: Deus per id, quòd de quinq; panibus, quinque millia hominum ſatiauit, quód Samaritanæ aquam ſalientem*

*in vitam*

الدايمه للشريه    وقيم لعازر من بين الاموات بعد
اربعة ايام *    وهو ايضا انسان من اجل ان
جاع وعطش وتعب وسمر بالمسامير علي الخشبه
وهو واحد بعينه الذي من جهة لاهوته مساوي مع الاب
الازلي الغير ميت والغير متالم    ومن جهة ناسوته
اصغر من الاب وميت ومتالم *

اعترف    ايضا واقر ثابتا واكرز مشهورا ان
هذا المسيح بعينه الذي تانس ولد من
مريم العذري دايما بتوليه    فلذلك اعترف بها انها ام
الله ووالدته * وايضا اعتقد ان المسيح بالحق
تالم ومات وقبر ونزل مع نفسه الي الجحيم ايخلص
الابهات منها    وايربط القاتل الغير شبعاني    اعني
الشيطان * وانه بعد ذلك انبعث بالحق من
بين الاموات وفي مدة اربعين ايام علم التلاميذ من
اجل ملكوت الله    وحينيد صعد للسموات وهو جالس
عن يمين الاب    وان ياتي في عقيب الازمان ليدين
جميع الاحيا والاموات اي في يوم الدين ○

اقر



*in vitam æternam promiſit, Quòd Lazarum quatriduanum à mortuis reſuſcitauit: Homo per id, quòd eſuriuit, ſitiuit, fatigatus eſt, & in ligno clauis transfixus eſt, vnus & idem ſecundum diuinitatem, æqualis æterno Patri, immortalis, impaſſibilis, ſecundum verò humanitatem minor Patre, mortalis, & paſſibilis.*

*INſuper firmiter credo, & prædico, eundem Dei filium incarnatum, verè natum eſſe ex MARIA ſemper virgine, et ideo ipſam virginem fateor Dei matrem, atque genitricem. Item verè paſſum, verè mortuum, et ſepultum, verè cum anima deſcendiſſe ad Inferos ad liberandum patres, & ad ligandum inſatiabilem homicidam, deinde verè ex mortuis reſurrexiſſe, et per quadraginta dies Apoſtolos docuiſſe de regno Dei, moxque ad cœlos aſcendiſſe, ſedereque ad dexteram patris, & venturum in fine ſeculorum ad iudicandum viuos et mortuos.*

credo

اقر ايضا ثانيا ان قط انسان الدي حبل او
ولد من ذرية ادم خلص او يخلص للابد
الا بامانة الواسط بين الله وبين الناس اي ربنا يسوع
المسيح بدمه والامه وموته الدي هو صالحنا مع الاب
الابدي ومحي وثاق ذنوبنا ووجد لنا خلاص الابد
وحياة الدايمه *

وثالثا ايضا اعترف واعتقد ان النواميس
كلها او التوراة الموساويه بطلوا
بمجي المسيح لان جميعهم دلوا وشبهوا المسيح ولو
في زمان الناموس مستوجبين لان لهم كانوا خادمين
للرب فالان من بعد ذكرنا الانجيل والايمان المسيحي
فلان ينتظرهم لم يمكن ان يخلص ه فجميع المومنين
بالمسيح بعد ذلك الزمان ان حفظهم كمثل الاختان ام
السبت ام الماكيل وما يشبه لهم الممنوعات في
ناموس العتيق اعترف لهم انهم غير مومنين ولم يمكن
ان ينالوا حياة الدايمه لو ما رجعوا عن هذا
الطغيان وتابوا من هولاي الزلات والذنوب لان
ربنا



CRedo, et profiteor nullum vnquam hominē ex ſemine Adæ conceptum & natum, fuiſſe ſaluatum, aut fore ſaluandum, niſi per fidem mediatoris Dei & hominum Domini noſtri IESV Chriſti, in ſanguine & morte ipſius, qua nos reconciliauit æterno patri, & deleuit chirographum iniquitatum noſtrarum, æterna redemptione inuenta.

ITem firmiter credo, legalia omnia veteris teſtamenti, ſeu Moſaicæ legis, quia Chriſtum figurabant, licet diuino cultui illa ætate congruerent, ipſo adueniente ceßaße, & iam promulgato Euangelio ſeruari non poße ſine interitu ſalutis æternæ.

OMnes igitur poſt illud tempus Circumciſionis, Sabbati, ciborum eadem lege prohibitorum, reliquorumq; legalium obſeruatores alienos à fide denuncio, & ſalutis æternæ non poße eße

ربنا ومخلصنا يسوع المسيح وخلصنا منهم وعوضهم
ورتب لنا سبعه اسرار عهد الجديد الذين هم اكرمهم
واعزهم واعترف لهم ٥
الذين هم المعموديه ✣ تثبيت الايمان ✣
القربان ✣ الاعتراف ✣ درجة
الكهنوت ✣ الزواج ✣ ومسحة المرضى ✣
وجميعهم ينالون للقابلين باستحقاق نعمة الله بقوة
الام ربنا يسوع المسيح ٥ فكل الاسرار يتمون
كاملين بثلاثه اي بالكلمه بالاشيا وبالخادم ✣
فالاشيا فيهم كالجبله والهيولي والكلمه ايضا فيهم
كالصوره والخادم هو الذي يخدمهم ويعمل ما في
ضمير وحسب او فكر البيعه الكاثوليكيه *
وكذلك اقبل واعتقد كلما تعلم او تكرز الكنيسه
الكاثوليكيه الروميه في طقس هولاي
الاسرار * واقر ايضا ان المومنين الذين تابوا من
خطاياهم باستحقاق وماتوا بمحبة الله قبل ما كملوا
توباتهم كلها وما وجب قبل عدل الله من جميع خطاياهم
بالنار



eſſe participes, niſi aliquando ab his erroribus reſipiſcant. ab his enim omnibus liberauit nos Christus, & ſeptem nouæ legis ſacramenta instituit, quæ ueneror, credo, & profiteor, videlicet Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Ordinem, Matrimonium, et Extremam vnctionem, quæ omnia nobis gratiam Dei conferunt ex virtute paſſionis Domini noſtri IESV Chriſti, ea ſumentibus applicant: Iſta ſeptem ſacramenta perficiuntur tribus, verbo videlicet, & rebus, ac miniſtro. Rebus, ut materia, Verbis, vt forma: miniſtro, qui facere intendat, quod facit Eccleſia. Recipio inſuper quicquid de eiſdem Sacramentis ſancta & Catholica Eccleſia Romana docet & prædicat.

Credo ſi vere pœnitentes in Dei charitate deceſſerint anteq; dignis pœnitētiæ fructibus de commiſſorum, et omiſſorum pœnis ſatiſfecerint,

eorum

باثمار التوبه تنتقل نفوسهم بعد وفاتهم الي موضع
المسمي عذب الفورغاتوريوس الذي هو موضع تطهير
تنديف او تخليص النفوس عن وساخهم و ذنوبهم
و اثامهم ولهولاي يريح ويهين من العذاب وينفع
لهم صلوات صدقات قرابين وساير اعمال الصالحه
الذين يقدموا المومنين من اجل المومنين المتيحين
كعادة تدبير وترتيب الكنيسه الكاثوليكيه *

ونفوس هولاي الذين بعد المعموديه لا تدنسوا
ولا وسخوا قط بالخطيه مع المتدنفون
في العذاب من خطاياهم كما ذكرنا حينيذ سريعا تتلقون
لانها للفردوس النعيم اعني لموضع فيه يبزون ظاهرا
وشهوروا الله مثلما هو بتثليثه وبتوحيده لاكن ناجار
مختلف لكل احد اكمل من الاخر كجز كل احد *

ونفوس هولاك الذين ماتوا بخطاياهم المميته
المفعوله * ولاجل ذلك صاروا
في غضب الله يسقطون سريعا الي الجحيم ويهلكون هناك
مع الذين ماتوا بغير عماد في خطية ابونا ادم لاكنهم
يتعدبون



ccvam Iuſtitia diuina, eorum animas pœnis purgatorij poſt mortem purgari, vtque à pœnis huiuſmodi releuentur, prodeſſe eis fidelium viuorum ſuffragia, miſſarum ſcilicet ſacrificia, orationes, & eleemoſynas, ac alia pietatis officia, quæ à fidelibus pro alijs fidelibus fieri conſueuerunt, ſecundum Eccleſiæ inſtituta.

ILlorumque animas, qui poſt Baptiſmum ſuſceptum, nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illaſque, quæ poſt contractā peccati maculam, vt dictum eſt, purgatæ ſunt, in cœlum mox recipi, & intueri clarè ipſum Deum trinum et vnum, ſicuti eſt, pro meritorum tamen diuerſitate alium alio perfectius.

Illorum verò animas, qui in actuali mortali peccato, vel ſolo originali decedunt, mox in infernum deſcendere, pœnis tamen diſparibus perpetuò puniendas.

firmiter

يعذبون بعذاب محترق
وايضا اعتقد قدم الامانة التي رتبوا الثلثمائة
وثمنية عشر ابات الاطهار المجتمعين
في مجمع نيقيه وهي عندنا للان من ذلك الزمان في
الكنيسة المقدسة وهي في هذا الشكل ✠
نومن بالله واحد الله ضابط الكل خالق
السما والارض ما يرى وما لا يرى *
وبرب واحد يسوع المسيح ابن الله الوحيد المولود
من الاب قبل كل الدهور ٥ اله من اله ٥ نور من نور
اله حق من اله حق ✠ مولود غير مخلوق مساوي
للاب في الجوهر الذي به كان كل شي ✠ الذي من اجل
نحن البشر ومن اجل خلاصنا نزل من السما وتجسد
من روح القدس ومن مريم العذري وتانس ✠
وصلب ايضا لاجلنا على عهد بيلاطس البنطي وتالم
ومات وقبر وقام في اليوم الثالث على ما في الكتب المقدسة
وصعد الى السما وجلس عن يمين الاب ✠ وايضا
ياتي



*Firmiter etiam teneo, & credo Symbolum fidei á trecentis, & decem & octo patribus Concilij Nicæni acceptatum, et vſque in hæc tempora ſeruatum in Eccleſiis, in hac forma. Credo in vnum Deum patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, viſibilium omnium & inuiſibilium. Et in vnum dominum Ieſum Chriſtum filium Dei vnigenitum: Et ex patre natum ante omnia ſæcula; Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo uero: Genitum, non factum, conſubſtantialem patri, per quem omnia facta ſunt: Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis, & incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex MARIA virgine, & homo factus eſt: Qui conceptus, et natus, crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato paſſus & ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas: Et aſcendit in cœlum, ſedet ad dexteram Patris: &*

*iterum*

ثم ياتي بمجد ليدين الاحيا والاموات الذي لا انقضا
لملكه ٭ وبروح القدس الذي هو روح الحق
المحيي المنبثق من الاب والابن ٭ الذي مع الاب ومع
الابن مسجود وممجد الناطق في الانبيا والرسل ٭
وبكنيسه واحده جامعه مقدسه رسوليه ٥
واعترف معموديه واحده لمغفرة الخطايا ٥ ونترجا
قيامة الموتا وحياة الدهور العتيد امين ٭
وكذلك ايضا اعتقد انمسك واقر ان واحد هو
اله صاحب الناموس العتيق والجديد
اعني التوره الانبيا والانجيل لان بنفخة روح القدس
انطقوا القديسين في العهدين ٭ وكذلك اقبل كل
الكتب الاطهار التي تقبل الكنيسه الكاتوليكيه الروميه
وهم سولاك باسمايهم وعلاماتهم ٭
كتاب العتيقه ٥ التوره خمسه اسفار ٭
سفر الخليقه سفر خروج بني اسرايل
من ارض مصر سفر اللاويين سفر العداد سفر
الناموس الثاني ٥ سفر يوشع ابن نون ٥ سفر
القضا روث كتاب الملوك اربع اسفار برالپومين
كتابات



iterum venturus eſt cum gloria iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in unum Spiritum ſanctum, ſpiritum veritatis, dominum viuificantem, qui ex Patre Filioque procedit, qui cum Patre & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur, qui loquutus eſt per Prophetas, & Apoſtolos. Et unam Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor vnum Baptiſma in remiſsionem peccatorum; et expecto reſurrectionem mortuorum, & vitam venturi ſeculi. Amen.

Confiteor, teneo, et prædico, vnum eundemque Deum veteris & noui teſtamenti, hoc eſt, legis, & Prophetarum atque Euangelij authorem eſſe, quoniam eodem Spiritu ſancto inſpirante vtriuſque teſtamenti Sancti loquuti ſunt. Itaque ſuſcipio omnes libros canonicos, quos ſuſcipit ſacroſancta Romana, & Catholica Eccleſia, quorum tituli ſunt hi, videlicet: Quinque libri Moyſis idest liber Geneſis, Exodi, Leuitici, Numerorum, Deuteronomij Ioſuæ, Iudicum, Ruth, quatuor libri Regum, duo Paralipomênon

Esdræ

كتابان كتاب لعزره الاول والثاني الذي يدعي نحميه
سفر طوبيه سفر يهوديت سفر ايوب مزامير
داود مايه وخمسين الامثال الجامعه مجد المجود
الحكمه حكمة يشوع ابن سيراخ سفر استير سفر
اشعيه سفر ارميا مع باروخ سفر حزقيال سفر
دانيال الاثنعشر انبيا الصغار اوشيا ابن باري ايوال
عاموص عبديا يونس ميخا ناحوم حبقوق
صفنياس حجي زخريا ملاخي سفر المقابيين الاول
والثاني ه كتاب عهد الجديد * الاربع
اناجيل متي مرقس لوقا يوحنا والاربعة عشر
رسالة بولس لروميه واحده للقورنثانيين رسالات
رساله لغلاطيه واحده لافسس واحده للفلبيسيين
للقولاسانيسيين واحده رسالات لتاسالونيقش
رساله لطيماناوش رساله لطيطوش رساله لفيليمن
رساله لعبرانيين * وايضا رساله ليعقوب رسالات
لبطرس ثلاثه رسالات ليوحنا رساله ليهوذا
الابركسيس الذي هو قصص الرسل مكتوب من لوقا
كاتب



*Eſdræ duo, primus et ſecundus, qui vocatur Nehemias, Tobiæ: Iudit, Iob, Pſalmorum David, Liber Prouerbiorũ, Eccleſiaſtis. & Cantici Canticorum, Sapientiæ, Eccleſiaſtici, Eſther, Iſaiæ, Hieremiæ, Baruch, Ezechielis, Danielis. Teneo etiam libros duodecim Prophetarũ minorũ, Hoſeæ, Ioelis, Amos, Abdiæ, Ionæ, Michææ, Nahũ, Habacuch, Sophoniæ, Haggæi, Zachariæ Malachiæ, et duos libros Machabæorum. Etiã teneo quatuor libros Euãgeliorũ, Matthæi, Marci, Lucæ, et Ioãnis. Acepto quatuordecim epiſtolas diui Pauli, vnam ad Romanos, ad Corinthios duas: ad Galatas vnam, ad Epheſios vnam, ad Philippẽſes vnum, ad Coloſſenſes vnam, ad Theſſalonicenſes duas, ad Timotheum duas, ad Titum unam, ad Philemonem unam, ad Hebræos vnam. Item ſuſcipio epiſtolam Iacobi vnam, Petri duas, Ioannis Apoſtoli tres, Iudæ vnam, librum Actuum Apoſtolorum, & Apocalypſim Ioannis Apoſtoli.*

كاتب الانجيل وقوله ليوحنا الرسول *
ومن المجامع اولا اقبل واحضن واثبت المجمع
المقدس الثلثمايه وخمسة عشر
ابهات الذي صار بنيقيه واعترف واعتقد واطيع كلما رسموا
وارذل واحرم كلما رذلت وحرمت وبالاكثر الهيريزيز
الاريانيه مع رييسها اريوش *
وكذلك احضن واقبل واثبت مجمع مايه وخمسين
ابهات الذي صار في القسطنطينيه
الاول * واقر كلما حقق ورتب واحرم جميع ما حرم
وبالخاصه هيريزيز مقدونيوش مع رييسه ومعلمه ٥
واقبل ايضا وامسك وارتب بسندس المايتين
ابهات المجتمعين بافسس الاول
واعتقد واقر بثابت ما عقد وقرر هذا المجمع وكذلك
احرم وارذل جميع ما حرم ورذل وبالاكثر طغيات
النسطوريون مع رييسه نسطور ٥
وهكذي اصدق واثبت واحتضن المجمع ستمايه
وثلاثين ابهات بخلقدونيا وهو
الرابع



*Item amplector, ſuſcipio, et approbo ſanctam Nicænam Synodū trecentorum decem & octo patrum, & profiteor ac ſequor, quicquid illa decreuit, & reprobo, ac damno, quicquid illa damnauit, & maximè impiam hæreſim Arrianam, cum ipſo authore Arrio.*

*Item amplector, ſuſcipio, & approbo Conſtantinopolitanam Synodum primam, centum & quinquaginta patrum, credo quicquid illa decreuit, & reprobo quicquid illa reprobauit & maximè impiam Hæreſim Macedonij cum ipſo authore.*

*Item ſuſcipio, amplector, & approbo primam Epheſinam Synodum ducentorum patrum, & credo quicquid illa decreuit, & reprobo quicquid illa reprobauit: & maximè Hæreſim Neſtorianam, cum authore Neſtorio.*

*Præterea ſuſcipio, amplector, et approbo ſanctam Synodum Calcedonenſem ſexcentorum triginta patrum, quartam in ordine generalium Synodorum, & credo ac ſequor quicquid illa*

*decreuit*

الرابع من المجامع الكبار والجامعا واعترف واطيع لها
بسم وادب اوقف * واردل واحرم كل ارذل وحرم
وبالاكثر هيريزس اوطاخي وديوسكروش المخالفين
والهراطقه * وكذلك انكر وامنع مجمع ثاني الذي
صار في مدينة افسش *

اقبل واحتضن جميع المجامع الذين تقبل وتثبت
الكنيسه المقدسه الكاتوليكيه
الروميه * وايضا احرم وامنع معا جميع الهيريزس
مع رييسهم التي تحرم وتمنع هده البيعه المقدسه
الروميه المذكوره * وايضا اقبل اعلم واكرز جميع
ما يقبل يعلم او يكرز هدا الكرسي الرسولي الرومي *
وهده الكنيسه الكاتوليكيه بخشوع بتواضع وبسجود
وهكذي اقبل كل المعلمين والقديسين التي تقبل هده
البيعه المقدسه الروميه ٥

بخشوع وسجود اتمسك واعتقد هدا الكرسي
المقدس الرسولي الرومي * واقران
البابا الروماني هو مقدم ورايس علي كل العالم وانه مقيم
بطرس



*decreuit: & reprobo & damno quicquid illa reprobauit, & maximè impiam Hæreſim Euthicetis, et Dioſcori, & reprobo ſecundam Epheſinam Synodum.*

P*Ræterea ſuſcipio, approbo, & amplector, quæcunque alia Concilia, quæ recipit, & approbat ſacroſancta et Catholica Eccleſia Romana, ac damno, & reprobo omnes Hæreſes, & authores earundem, quas, & quos reprobat, & damnat dicta Sancta et Catholica Romana Eccleſia, necnon quicquid tenet et docet ſancta ſedes Apoſtolica, & Romana, ac Catholica Eccleſia, cum omni deuotione, & reuerentia ſuſcipio: & accepto illos quoque Doctores, et Sanctos, quos Eccleſia Romana approbat.*

R*Euerenter ſuſcipio, teneo, & confiteor, ſanctam Apoſtolicam ſedem, & Romanum Pontificem in vniuerſum orbem tenere principatum, & ipſum Romanum Pontificem ſucceſſorem eſſe beati Petri principis Apoſtolorum, & verum Chriſti vicarium, totiuſque Eccleſiæ eſſe caput, & omnium Chriſtianorū*

patrem

بطرس راس الحواريين وانه بالصدق نايب المسيح وراس
جميع الكنيسه واب ومعلم ساير المومنين وبه وهب
ربنا يسوع المسيح في المغبوط بطرس سلطانه مكمله وحكم
كامل ليرعي ويدبر ويكون قايد في الكنيسه الجامعه
فلذلك اقر جدا توحيد وجمع هذه الكنيسه ان لم يكن
قد احد الذي هو خارج عن هذه الكنيسه الكاتوليكيه
يخلص ولا ينجي *

وايضا اوعد كما يوجب لابن الطاعه ان كل وقت
دايما اطيع بالحق وصدق كل الوصيات
المراسيم التراتيب والطقوس واللازمات الذين هم من
عند الاب المقدس الطوباني بابا ومن ياتي
بعده خلفا بعد خلفا اي بابيات مدينة روميه المعظمه
الذين يقدموا في البيعه باستحقاق ولهذه الكنيسه
الرسوليه والارثذكسيه *

فهكذي الله يكون في معونتي وهولاي الاناجيل
الاطهار والله سبحانه يشهد علي
قد انا اقر بالقلب واعترف بالفم هذه اعتقاد امانتي
صادقه



*Patrem ac doctorem exiſtere, & ipſi in Beato Petro, paſcendi regendi, & gubernandi vniuerſam Eccleſiam à Domino noſtro IESV Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe. Cuius Eccleſiæ vnitatem, & congregationem tam valde credo, vt nullos extra dictam Eccleſiam Catholicam exiſtentes, æternæ vitæ participes fieri poſſe confitear.*

*INſuper promitto me tanquam obedientiæ filium, ordinationibus, præceptis, cenſuris, & iuſſionibus Papæ & ſucceſſorum eius Romanorum Pontificum canonicè intrantium, & ſedi Apoſtolicæ fideliter, et ſemper obtemperaturum*

*ITA Deus me adiuuet, & ſancta Dei Euangelia, & Deus teſtis eſt mihi, quòd corde credo, & confiteor ore hanc confeſſionem fidei meæ ſinceram, et veram, quam manu propria ſubſcripſi & humiliter Patri Sanctiſſimo Pontifici Maximo*

ad

## اعتقاد الامانه الكاتوليكيه

ما فيه وبلا عيب بعلامتي اعلمتها وبخشوع وركوع انا
قدمتها للاب المقدس بابا بيوا خامس راس البطارقه
اليوم    لشهر    سنه الف وخمسمايه
لميلاد المسيح سنه    لجالسه علي كرسيه

* والشكر لله دايما ابدا سرمدا *

ad pedes eius proſtratus, obtuli, Die    Menſis    Anni
Ego indignus    hanc fidem, propria manu
ſubſcripſi, Romæ apud Sanctum    Anno incarnationis
Domini    Pontificatus autem Domini noſtri Papæ
Anno

LAVS DEO OPT. MAX.